



## The Holy See

---

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM CONSTITUTIO APOSTOLICA **PARAKUENSIS**\* NOVA CONSTITUITUR  
PROVINCIA ECCLESIASTICA

IN BENINO, PARAKUENSIS NONCUPATA Successoris Petri in Ecclesia munere fungentes ad provehendum christifidelium spiritale bonum, nunc etiam populum Dei in Benino respicimus omnia disponere contententes ad animarum curam efficaciorum inibi reddendam. Quapropter audito consilio quorum interest summa apostolica Nostra potestate novam Provinciam ecclesiasticam *Parakuensem* constituimus ex dioecesibus Parakuensi, Kandina, Natitinguensi et Diuguensi, cuius sedes princeps Parakuensis erit deinceps, quae hisce quoque litteris archidioecesis metropolitana efficitur cui reliquae dioeceses Kandina Natitinguensis et Diuguensis ut suffraganeae sedes subiciuntur. Praeterea Venerabilem Fratrem Nestorem Assogba, hactenus Episcopum Parakuensem, ad gradum Archiepiscopi et Metropolitanae promovemus. Haec quae praescripsimus perficienda committimus Venerabili Fratri Andreae Dupuy, Archiepiscopo titulo Saelesiensis atque Apostolico in Benino Nuntio, onere imposito ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione exemplum horum consiliorum executionis remittendi. Hae denique Litterae Nostrae firmatae sint volumus tam in praesens quam in posterum omne tempus, quibusvis rebus haudquaquam obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo sexto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagesimo septimo,*

*Pontificatus Nostri vicesimo.*  
ANGELUS card. SODANO

*Secretarius Status*

IOSEPHUS card. TOMKO

*Congr. pro Gentium Evang. Praef.*

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Franciscus Chiaurri, *Protonot.*

---

*Apost.*

\*A.A.S., vol. XC (1998), n. 1, pp. 5-6 © Copyright 1997 - Libreria Editrice Vaticana